



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Qua ratione Virgo Deipara tartarei Draconis caput in seipsa contriverit, & cunctas in Orbe hæreses sola interemerit: qua etiam ratione in aliis, iis præsertim, qui peculiari eam pietate prosequantur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

922  
 Rom. 6. diaboli nos fuimus, sic enim dicit Apostolus: Sicut enim exhibuisti membra vestra arma iniquitatis peccato: ita & nunc exhibita membra vestra iustitia Deo: arma enim inimici nostri misit Christus in tabernaculo suo, quando nos, qui domus diaboli fueramus, per ipsius gratiam templum Dei esse meruimus: ita Augustinus.

Christus lapis abscissus est de Virgine Dan. 2.

Sed vnde lapis iste, qui ex Augustino Christum figurabat, abscissus est? sanè hic est lapis ille Dan. 2. Abscissus de monte sine manibus, qui impactus statuz illi per somnium obiectæ Nabuchodonosor, quæ quatuor præcipuas Mundi monarchias Chaldæorum, Perlarum, Græcorum, atque Romanorum significabat, eam contriuit, & quasi in fauillam æstuz a reæ rededit, & in montem magnum euasit, vniuersam terram occupans, Lapis verò iste de monte sine manibus abscissus nihil aliud ex communi Interpretum sententia sibi vult, quàm Christum qui de sacrosancta Virgine propter sui excellentiam, sanctitatem, atque perfectionem mons celsissimus appellata, absque opere viri est conceptus, & genitus. Christum esse lapidem hunc, & Virginem es-

se montem illum vnde abscissus est interpretatur Irenæus lib. 3. contra hæreses, cap. 18. & alij, quos fusè citauit cap. 5.

Hic etiam animaduerendum quinque lapides limpidissimos ex torrente à Dauid acceptos, significare quinque Saluatoris nostri vulnera ex torrente passionis suscepta, & quoniam quilibet Christi actio ratione suppositi erat infiniti valoris, ideo etiam vnius lapidis ictu hostis proferri potuit: At vero vt copiosa esset redemptio, Copiosa profusus, inquit Bernardus serm. 22. in Cant. quia non gussa, sed vnda sanguinis largiter per quinque partes corporis emanauit: ideo quinque lapides accepit, & tam multa, tamque acerba pro nobis perpeti non est dignatus clementissimus Saluator, cui sit honor, & imperium in secula seculorum.

Ex his omnibus perspicuum relinquitur per hanc mulierem, quoniam Christum genuit tartarei draconis domitorem, planè eiusdem caput fuisse contritum; nunc agendum nobis erit quomodo Virgo sanctissima in se ipsa eiusdem serpentis caput contriuit.

QVA RATIONE VIRGO DEIPARA TARTAREI DRACONIS caput in se ipsa contriuerit, & cunctas in orbe hæreses sola interemerit, quæ etiam ratione in alijs, ijs præsertim, qui peculiari eam pietate profectantur, illud conterat, & de fortissimis mulieribus, quæ in veteri testamento eiusdem Virginis typum gesserunt.

C A P V T XXIV.

S Y M M A R I V M.

- Deipara cunctas hæreses sola interemit, nu. 4.
- Deipara in nobis dæmonem vincit, nu. 6.
- Deipara iuuat nos in morte, num. 8.
- Deipara in multiplici virga figuratur, numero 9.
- Eorum exempla, qui in morte singulari Deipara beneficio sunt adiuti, num. 12.
- Deipara in fortissimis feminis Esther, Iudith, Debbera, præfiguratur, num. 16.
- Deipara per Aurotam significatur, numero. 18.



Secundo Virgo sanctissima non tantum gignendo Christum, dæmonem serpentem domuit, sed in se ipsa Dei beneficia omnem serpentis viti, atque furorē à se longe à se repulit, ac planè propulsauit, quin etiam de pestilentissimo serpentis semine, quod in hæreticorum perfidia peculiari ter propagatur, gloriosum triumphum egit; ac promerit hoc etiam capite serpentis venenati caput contriuisse, eiusque semen debellasse merito prædicatur, vtrumque autem in præsentia ostendemus.

*Capit. ser-*  
*pentis quæ*  
*in se signi-*  
*ficat.*  
Et quod spectat ad primum, cum serpentis  
tartarei caput multa significet, horum autem  
nihil, ne minimum quidem locum in Virgine  
habuerit: idcirco illud contritum affirmatus.  
Significat enim caput serpentis Primum pecca-  
tum originale per quod dæmon non secus, ac  
serpens per caput se in animas filiorum A-  
dam immittit. Secundo per caput serpentis  
accipiuntur motus sensualitatis, seu fornicis,  
qui initium sunt tentationum, quibus ad pec-  
candum incitatur: *Unusquisque enim, iacob. 1.*  
*tentatur ad concupiscentiam suam abstractus, & illo-*  
*thius: qui motus nisi citò comprimantur faciliè*  
*peccatum pariunt, sicut serpens capite in lo-*  
*cum aliquem illapsus, totus se conatur im-*  
*mittere.* Tertio, significat serpentis caput su-  
perbiam, quæ *Eccles. 10. Initium est omnis pec-*  
*cati.* Quarto, per hoc serpentis caput intelligi  
potest omnis tyrannicus dæmonis domina-  
tus, quo supra genus humanum se se erigebat,  
non secus ac serpens, qui capiti assutu in-  
tentoque se se atollit.  
Virgo igitur sanctissima multiplex istud  
serpentis caput in se omnino contriuit. Pri-  
mum enim ab originali labe, quemadmodum  
capit. 7. dixi, prius immanis fuit, ut mi-  
hi de ea illud, quod olim de Marcello Ro-  
mæ quum Duce fortissimo, dici posse videat-  
ur, quo Annibalem tot Romanorum cla-  
dibus insolecentem, ac vinci propemodum  
nescium, docuerit posse vinci: ita B. Virgo  
dæmonem sæuissimum hostem, cuius cruen-  
tas manus nullus vnquam filiorum Adæ pro-  
pter peccatū originale (quod reliqui omnes  
contrahunt) ad eam vsque diem euaserat, Dei  
beneficio dum sine peccato concipitur, docu-  
it posse vinci, quem mox eius filius à se victū  
alligauit, de eoque triumphum egit: Deinde  
fornicem, vt eodem capite dixi, ab instanti suæ  
immaculate Conceptionis extinctum peni-  
tens habuit: Tum humilitatem superbæ anti-  
dorum, adeo coluit, quemadmodum cap. 21.  
ostendi, ut eius humilitatem, quæ veluti nar-  
dus fragrantissima dum esset Rex in accubitu  
suo dedit odorem suauitatis, Deus respiciens  
ex ea carnem assumpserit. Denique præter  
vultus Dei, cui toto corde semper adhæsit,  
nullius alterius dominatum vnquam experta,  
iure optimo dicebat illud Cant. 7. *Ego dilecto*  
*meo, & ad me conuerso illius; quare per anto-*  
*nomasiam ancilla Dei appellari meruit.*  
2. De Virginis portò contra dæmonis caput  
victoria, ac fortitudine Bernardus homil. 2. su-

per missus est explicans locum hunc Genes. 3.  
Inimicitias ponam: &c. aliqua ex his, quæ dixi-  
mus eleganter indicat. *Cui, inquit, hac seruata*  
*victoria nisi Maria? ipsa procul dubio caput con-*  
*triuuit venenatum, quæ omnimodam maligni*  
*suggestionem tam de carnis illecebra, quam de*  
*mentis superbia deduxit ad nihilum. & post pau-*  
*ca: Hanc requirebat Salomon cum vehementer*  
*admirans dicebat, Mulierem fortem quis inue-*  
*niat? & ita videbitur congruere, vt qui vicerat*  
*per feminam, vinceretur per ipsam. hæc Bernar-*  
*du. Hinc est, quod ex Iustino in Apologia 2. Iustinus,*  
*& Athanasio lib. de Incarnatione Verbi, cui*  
*consentiunt Beda, Bernardus, & Eucherius, ac*  
*Bonauentura in speculo, c. 3. Deipara stella Ia-*  
*cob nuncupatur Num. 24. non tantum quia*  
*ex familia Iacob, verum etiam, quia iuxta ety-*  
*mologiam vocis Iacob, quæ supplantatorem*  
*sonat, fuit prudentissima vitiorum omnium,*  
*ac dæmonum supplantatrix. Hæc autem ser-*  
*penti capitis per Deiparam contritio non*  
*obscure præfigurata est in nece Salaræ Iu-*  
*dzorum hostis acerrimi, quem Iahel vxor*  
*Habæ tabernaculi clauo supra tempus capiti-*  
*is eius posito, & in cerebrum vsque ad terram*  
*per malleum defixo inter suos pedes prostra-*  
*uit: In nece quoque Abimelech, qui malis ar-*  
*tibus principatum occupauerat, cuius capiti*  
*vna mulier fragimen molæ desuper iacie de-*  
*elsit, cuiusque cerebrum confregit, similiter & 1.*  
*Reg. 5. caput idoli Dagon cum daabus pal-*  
*mis manuum eius abscessis coram Arca foeder-*  
*is, quæ vt dixi c. 5. Virginem figurabat, super*  
*limen templi miserè iacebat: præsignatur et-*  
*iam in capite Holofernis à Judith castissima,*  
*atque fortissima præciso.*  
3. Sanè propter multiplicem triumphum,  
quem in omnibus sensibus, & corporis parti-  
bus de Satana reportauit vnuersum Virginis  
sanctissime corpus Cant. 7. assimilatur palmæ  
quæ symbolum est victoriæ, *Statura, inquit,*  
*tua assimilata est palma.* De eius fortitudine, le-  
gitimus Prouerb. 31. *Mulierem fortem quis inue-*  
*niat? & infra: Confidit in ea cor viri sui, & spolijs*  
*non indigebit, Quoniam quamplurima spolia,*  
*plurimi nimirum peccatores ex potestate dæ-*  
*monum, eius ope, & patrocinio erepti, Chri-*  
*sto consecrantur, & mox, Accinxit fortitudine*  
*lumbos suos, & roborauit brachiū suum & infra,*  
*Fortitudo, & de cor indumentum eius: quæ om-*  
*nia eximiam Virginis fortitudinem indicant.*  
Quare Damascenus orat. 2. de dormit. Virginē  
allo-

*Prouer. 31*  
*B. Virgo*  
*est mulier*  
*illa fortis.*  
*Justinus,*  
*Athanas.*  
*Beda.*  
*Bernard.*  
*Eucherius.*  
*Bonauent.*  
*Judic. 5.*  
*Judic.*  
*1. Reg. 5.*  
*Judith. 14.*  
*B. Virgo*  
*propter*  
*victoriam*  
*assimila-*  
*tur palmæ*  
*Cant. 7.*  
*Prouer. 31*  
*Prouer. 31*  
*Damasc.*  
*allo-*



Bernard.

alloquens: *Tuum, inquit, in Caelum ascensum impuri, atque in aëre versantes spiritus perhorruerunt; tuo transiit aër benedicitur, superior aether sanctitate afficitur.* & Bernardus in deprecatione ad Virginem, quæ habetur tom. 2. operum ipsius, & citatur à Bonaventura in speculo B. Virginis cap. 9. *Te bellatrix egregia primo eum, qui primus Evam supplantavit expugnare viriliter aggressus es. Tu spiritum elationis Eva vertice humilitatis complexisti.* Idem Bernardus sermone citato: *Te terribilis ut castrorum acies ordinata, an non horruerunt principes tenebrarum quando viderunt præter morem armatura omni fortiorem instruatam contra se procedere foeminam, foeminam fortem, ad bellum doctissimam, cuius ensis super femur suum propter timores nocturnos. In circuitu eius acies valida spiritualium virtutum suo se invicem ordine iunctum (siquidem ordinatione perseverat dies) sed*

Psalm. 118.

*& innumerabilium Beatorum spirituum militiæ ad ministerium tanti principis delegatam fuisse, nullatenus ambigimus, utpote qui custodirent leibulum Salomonis gratissimum, ac providentem, ne preparatum aeterno Regi hospitium alienus hostis invaderet: nimirum timor, & tremor super eos venerunt; ita quod dicens, Ecce plusquam*

S. Bernardus.  
Charisus.

*hæc Castra Dei sunt hæc: Fugiamus, Israel. hæc Bernardus. & S. Bernardus tom. 2. serm. 51. art. 3. c. 4. Te perditio mundo aditum recuperas. & principem tenebrarum evertisti. & Carthusianus lib. 3. de laud. Virg. ait. 11. Nec miror, inquit, o Domina si sic fortitudine pollebas, summis etiam Angelis robustior, quoniam Dominam virtutum Christum Regem, qui Patris virtus est cuncta sustentans protulisti, sic ille.*

Gen. 3.

Quamvis tamen serpentis, caput à Virgine fortissimè obtrendum dicitur; nihilominus serpens quoque mulieris calcaneo insidiaturus prænunciatur, sed Virgini nocere nequaquam valuit, propter ea, quæ cap. 7. diximus.

DEIPARA CUNCTAS HÆRESES sola interemittit.

Maria hæreses ubi bellavit.

**Q**UOD enim pertinet ad alterum de hæreticorum nimirum, qui semen sunt serpentis, per Deip. illud enses sic supponendum est, complures ex hæreticorum fesse, non tantum bellum Christo domino, indixisse; verum etiam impuras contra Deiparam linguas solvere, non esse vetitos. Sed quid miror? Neque enim, inquit Bruno sermone de Annas, matrem diligere possunt, qui iam iniquo

Annas.

odio filium prosequuntur: & certè non minori impietate, quam detestanda ingratitude huicmodi homines impudentissimi contra singularem hominum tum omnium, tum singulorum benefactricem oblatrare sunt ausi: in ea enim, ut verbis utar Bernardi sermone 51. genum magnum, nihil austerum, nihil terribile, tota suavis est, offerens lac & lanam, nemini malum inferens, & omnibus sinum misericordia aperiens. Verùm hanc vesanam quoque Hæreticorum contra Deiparam temeritatem, hoc bellum, quod contra Deiparam susceperunt, sub typo serpentis, eiusque seminis clarè prædictum certissimè Genes. 3. ubi inimicitia inter serpentem & mulierem, id est, Dei Genitricem, ut cap. 22. offendimus, inter semen quoque serpentis, & semen mulieris à Deo indicuntur: idèdque Apocal. 12. Draco contra mulierem illam amictam sole stetit, eiusque filium devorare voluisse dicitur, quin etiam draco persecutus est, inquit, eam, & abijt facere bellam cum reliquis de semine eius. & Apoc. 13. de bestia illa, quæ ex Irenæo lib. 5. cap. 28. & alijs Irenæo interpretibus est Antichristus, sic scribitur: *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius: (id est, Virginem sanctissimam, quam Deitabernaculum cap. 5. appellari probavimus) & eos, qui in caelo habitant, reliquos scilicet sanctos. Hinc est, quod Lutherus, & alij plerique nostræ tempestatis hæretici eiusdem Antichristi præcursores, cui viam per impia dogmata, & per carnis libertatem strenuè munitis, veteres quasdam hæreses Constantini Copronymi, & aliorum ex hac fece hominum iam olim ab Ecclesia damnatas, ac profligatas ab Orco renovantes conati sunt statuere, Virginis supra aliquos sanctos præstantiam obscurare, eius cultum conuellere, invocacione penitus abolere, sed frustra: Sagitta namque parulorum facte sunt plaga eorum. Ipsa enim non modo dæmonis serpentis venenati noxium caput contitura prædicitur; verum etiam virulentum ac nefarium eius semen, quod in hæreticorum collabie præcipue se prodit, iugiter expugnare non cessat. Qua de re Ecclesia in soleto nullo, ac celebri cantico ante plurima annorum secula recepto, quo in Missa, & Officio Deiparæ utimur eidem peculiariter gratulatur his verbis: Gaude MARIA Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in uniuerso mundo: quod sanè multipliciter præstitit, Primò, quia Christi iustitiæ solè pepenit, qui*

Bernard.

Genes. 3.

Genes. 3.

Apoc. 12.

Apoc. 13.

Apoc. 13.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Offic. Deip.

qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, qui que errorum tenebras depellit. Secundò, quia singulari modo magistra fuit Apostolorum, ut c. 19. diximus, quorum doctrina hæreses reselluntur. Tertio, & hanc tangit Bernardus sermone Signum magnum, quia plurimæ hæreses circa Christi incarnationem oblatrantur: quæ facile rejiciuntur ab iis, qui eam Dei genitricem agnoscunt. Quarto, quia fidei defensoribus, & Doctoribus contra hæreses strenuè pugnantibus singulariter auxiliatur, quemadmodum cap. 20. dixi, eam sancto Dominico contra Albigenes præsto fuisse. Quintò, quia suis meritis, & precibus hæresum perfidiam redundit, hæreticorumq; furorē comprimit. Huic Cantico, quo Virgo beata cunctas hæreses peremisse prædicatur, aliqui versiculi etiam tubebantur, quibus perpetua Deiparæ virginitas contra Judæos commemorabatur: ex quo factum est; ut in quadam hac de re cum Judæis altercatione, Romæ tempore Bonifacii IV. Pontificis, qui templum olim Pantheon dictum in honorem Beatæ Mariæ, & omnium Martyrum dedicavit. Clericus quidam à nativitate cæcus inspectante populo in eodem templo illud in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in Judæorum confusionem decantans, lumen divinitus receperit: quare in hujus rei memoriam, ut illud in officio Purificationis retineretur decretum esse dicitur. Sanè in festo Purificationis hoc responsum haberi satis patet ex antiquis breviariis tum Romanis ante Pii V. tempore, tum Gallicanis: & præterea ex graduali Missæ votivæ B. Virginis post Purificationis, in quo aliquot ex huiusmodi versiculis etiam nunc decantantur; & hoc quidem miraculum breviter attigit Thomas Cantipratenfis qui vivit circa annum 1240. in lib. apum in Appen: exempl. ad 2. librum, & narratur à Peiberto in Secretario B. Virgin. lib. 2. part. 3. cap. 2. & in Specul. exempl. distinct. 8 § 38. ex quo antiquitas illius Elogij, quo cunctas hæreses interemisse prædicatur, apparet: quin etiam idem Thomas Cantipratenfis loco citato narrat fidelissima narratione sibi comperit puerum quendam quod vesperi sæpè hoc ipsum elogium per plateas concineret, à ludæis clam iugulatum; ac sepulture mandatū sed posttidie vivum repertum. Hinc est, quod ab Ecclesia edocti Rupertus lib. 7 in Cant. & Bernardus sermone signum magnum de Dei-

para efferunt solam contrivisse universam hæreticam pravitatem, quod idem scripsit ante mille, & ducentos annos Sophronius, Hieronymo coævus, in sermone de Assumptio. Dei paræ. Quod autem Deipara de universa hæretica pravitate triumpharit, multa afferri possunt quæ est illud de Albigensum hæresi, quam Deipara, (ut cap. 20. diximus) per formulam precandi, quam Rolarius vocamus, à sancto Dominico institutam extinxit & ejusmodi plurima non desunt. Verum celebre est illud de veste ad sacrificandum S. Ildefonso Archiepiscopo Toletano à Deipara dono data, quod pro ejus perpetua virginitate contra Hæreticos propugnasset, eundem quoque Ildefonsum S. Leocadia Virgo, quæ ante trecentos annos pro Christo Martyrio affecta erat, è sepulchro palam multis præsentibus prodians hoc nomine commendavit, rem gestam narrat Mariana lib. 6. de rebus Hispaniæ cap. 20. & nos infra in fact. de virginibus sect. 2. n. S. Ildefonso, & sect. 4. in S. Leocadia referemus. Ceterum hæreticos qui adversum Dei genitricem oblatrantur complures Catholici confutarunt præsertim noster Canisius contra eos egregium volumen, quod de Deipara inscripsit, non minori pietate, quam eruditione elaboravit.

DEIPARA IN NOBIS DEMONEM VINCIT.

**T**ertio, nec solum in se Virgo beata caput contrivit serpentis; verum etiam in aliis exemplo suo precibus, & meritis idem præstat. ut rectè S. Antoninus 4. parte tit. 1 §. cap. 14. §. 6. adnotavit, cujus rei figuram habemus Reg. 5. Arca enim Domini in templum Dagon illata, illius statuum prostravit, ei que caput, & manus præcidi, ita Virgo sanctissima per Arcam, ut cap. 5. dixi, figurata, ex anima, in quam peculiarem erga se devotionem intrat, daemones expellit, ejusque vires frangit. Certè exemplum habemus in loanne Baptista, ex cujus anima Christi virtute eiectus est daemones, ipseque à peccato originali est mundatus, quando vox salutationis Mariæ facta est in auribus Elisabeth, tunc enim sanctificatus est Ioannes, & exultavit, in gaudio infans in utero Matris Sanctus Bonaventura in meditationibus vitæ Christi cap. 5.

latus non obiit. Rupertus Bernard. Sophron.

Exemplum.

Mariana.

B. Virgo in alio caput serpentis conserit S. Antoninus Reg. 5. Figuratur in Arca, qua Dagon prostravit. Quomodo eiectus est daemones. sanctificatus est Ioannes Baptista. Bonaventura.



Vide, inquit, quanta virtus sit in verbis Domina, quia ad eorum pronuntiationem confertur Spiritus sanctus. sic enim abundantior ipsa erat plena, quod a us meritis ipse Spiritus sanctus etiam alios replebat. ita Bonaventura. Quoties etiam Satanas expetiuit nos, ut cibaret, sicut triticum, & nostris demeritis exigentibus obtinisset, nisi Virgo intercessisset, & rogasset pro nobis? Quoties aliquos Satanae sponte addictos veluti pradam iam iam deglutendam ab eius truculentis faucibus extorlit, ut ruerit de illa dici possit illud Psalm. 34. Eripens inopem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem a diripientibus eum: ut propterea Andreas Cretensis de dormitione Virginis eam Christianorum fidei propugnaculum, & eorum, qui spem in ea collocant propugnatricem vocet. Et verò præter innumeras peccatorum ex magnis sceleribus ad Deum eius intercessione conuersiones, quæ apud probatissimos Auctores leguntur, & quantum nonnullas supra cap. 20. alias cap. 35. & sequentibus ponimus: hic solum addam, eam dum viueret serpenti nos concupiscentiæ motus (qui etiam caput serpentis appellari solent) in alijs, ut refert Alensis 3. p. lxx Theologiæ quæst. 9. memb. 2. artic. 5. suo aspectu extinxisse, quod sanctus Ambrosius grauissimus Doctor affirmat in lib. de Institutione Virgin. cap. 7. Cuius (inquit loquens de Virgine) tanta erat gratia, ut non solum in se virginitatis gratiam seruaret, sed etiam his, quos viseret integritatis insigne conferret. visitauit Ioannem Baptistam, nec immerito mansit integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam sua præsentia, & integritatis unguento Domini mater exercuit: ita Ambrosius & S. Thomas 3. sent. dist. 3. q. 1. artic. 2. q. 1. ad 4. Pulchritudo, inquit, B. Virginis, inueniens ad castitatem excitabat. idem etiam docet Gerson sermo. de Concept. B. Virg. quod quidem ex peculiari Dei dono illi concessum est, & sanè S. Bonauen: Bonauentura in 3. dist. 3. art. 2. q. 3. quorundam Judæorum testimonio affirmat, Virginem, quamuis pulcherrimam, à nullo tamen viro concupitam.

Bernard. 7 Cum igitur tot modis Virgo venenati serpentis caput contriuerit, merito Bernardus sermone Signum magnum ad illa verba: Es luna sub pedibus eius: cum dixisset lunam intertidum propter suam mutabilitatem stulticiam mentis significare, iuxta illud Eccles. 27. Stultus sicut luna mutatur, subiicit de dæmone:

Vnicuique inquit, ille stultus totius stulticia princeps, qui verè mutatus ut luna, sapentiam perdidit in decore suo, sub Maria pedibus conculeatus, & contritus, miseram pauperem seruauit. hæc Bernardus & S. Bernardinus tom. 2. serm. 11 art. 1. c. 3. probans per B. Virgine nos à dæmone protegi: Figurata est, inquit, B. Virgo in figura Arca Moisaica, de qua Num. 11. scriptum est, cum eleuaretur Arca, dicebas Moyses: Surgo Domine, & dissipantur inimici tui. & iugam, qui oderunt te à facie tua, ut mysticè innuatur, quod quando eleuata fuit Virgo gloriosa ad cælestia Regna dæmonis potentia immensa est: & dissipata: vnde pro illa dici potest illud Eccles. 24. Super horum, & sublimium colla propria virtute calcas. hæc sanctus Bernardinus.

DEIPARA IUVAT NOS IN  
MORTE.

Quæ omnia licet vera sint; nos tamen semper pauidi, temperque solliciti cum metu, & tremore, ut monet Apostolus, salutem nostram operari, & ad Virginis patrocinium sedulo confugere non negigamus, scientes antiquum serpente non propterea à nobis omni studio oppugnandis cessare, sed, ut Gen. 3. dicitur, adhuc insidiam calcaneo mulieris, saltem in eius semine; hoc est, in filijs eius spiritalibus: insidiatur enim calcaneo illorum, nempe extremi parti, hoc est, fini, tum ipsius mundi, cum extremis temporibus ex Apocal. 20. soluetur Satanas modico tempore de carcere suo, & exhibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog, & Magog, atque per se, & per Antichristum, eiusque præcursores primum, deinde per eiusdem affectas bellum contra Ecclesiam acturus, & ferocius instaurabit. Scien: Apoc. 12. quod modicum tempus habet, tum etiam insidiatur calcaneo vniuersi cuiusque nostrum: quia in exitu vitæ singulorum vehementius omnes iuxæ virtutis neruos ad eos perdendos intendit, ut habet Sacrum Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 2. de Extrema victione: quo quoniam odo tamen calcaneo serpens insidiatur, à Virgine eius caput obterendum prædicatur: & idcirco Virginis præsidium, ut dixi, omni quidem tempore reuerenter, & deuotè, sed impendentem præsertim morte, quando plus imminet periculi, enixius est implorandum, ut tortorifici diaconis caput proterere dignetur. quod S. Ephrem

*S. Ephraim* S. Ephraim in orat. ad Virginem precatur his verbis: *Adeſto mihi nunc, & ſemper o Virgo Dei genitrix, Mater miſericordia, benigna, & clemens, in preſenti quidem vite curſu ſeruens, proteatrix, atque auxiliatrix, hoſtilis quoſcunque impetus à me auertens, & in via ſalutis me conſtituens, ac in extrema vita articulo miſeram meam animam conſeruans, & tenebroſi, atque horrendos peſſimorum demonum aſpectus ab ea procul repellens: iniremondo autem die iudicij ab aeterna me damnatione liberans, & poſtremo in numerum juſtorum me reſerens, atq; inaccessa tui filij Domini, & Dei gloria me hæreſem efficias. Idem in Lamentatione Deiparæ ſuper paſſione Domini ad eandem ſermonem dicens, ſic ait: Erſe, inquit, nos o Virgo ſancta, atque intermerata à quacunque neceſſitate ingruentio, & à conſtitis tentationibus diaboli. Eſto noſtra conciliatrix, & Advocata in hora mortis, atque iudicij, noſque à futuro inextinguibili igni, & tenebris exterioribus libera, & filij tui nos gloria dignare, o Virgo, & Mater dulciſſima, ac clementiſſima. ſic ille.*

DEIPARA IN MULTIPLI  
Virga figuratur.

*I Virgo in virga ſimilata in locis ſecularum ſacrarum figuratur. Hier. 1 Gen. 47. B. Virgo figuratur in virga Iſaiah. 10. Eſt virga qua percussit Moſes. Antoni. 1. Doct. 1. Pſal. 109. Hieron. Nam 2.*

**I** Pla enim Virgo prefiguratur in virga Ioseph, qui dicitur est lingua Aegyptiaca Saluator mundi, cujus virga fastigium ex Apostolo Heb. 11. (juxta sensum, quem in versione sua Gen. 47. sicuti sunt Septuaginta Interpretes) adoravit Iacob moriens, id quod nobis indicat unumquemque morti proximum, reverenter adorare, & invocare debere sanctissimam Virginem, quæ est virga veri Ioseph Christi Domini Salvatoris mundi, ut ab ea juvetur: *Hac enim virga Iſa. 10. percussus pauebit Aſſur, id est, dæmon, ut interpretatus est S. Antoninus. Deipara quoque ex Bonaventura in speculo B. Virginis cap. 3. Est virga virtutis, de qua Pſalm. 109. contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur. ſic ille.*  
De beatissima enim Virgine, ait Hieronimus, dictum à David Pſalm. 109. *Virgam virtutis tua emittet Dominus ex Sion, additq; David per apostrophem subijcere illud (dominare in medio inimicorum tuorum) ſic Hieronimus. Cui conſonat vaticinium Balaam Num. 24. Orietur, inquit, ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſraël, & verentur ducet Moab, vaſtabitq; omnes filios Seth, & inſita: Iſrael vero fortiter aget. De-*

para enim stella est Iacob, ut supra diximus, estque virga Israel, quod sæpè ostendimus, que percudit, & vaſtat omnes contrarias inferni potestates, & fortiter aget.

**10** Hæc etiam est virga illa aurea Aſſueri, qui ex Hieronymo lib. de nominib. hebraicis Hieron. in Danielem, idem sonat, quod beatitudo, cuius virga, ut habetur Esther 4. extensa à Rege Esther in signum clementiæ contra eum, qui non vocatus atrium Regis interius ingrediebatur, vivebat, alioquin statim interficiebatur. Eodem etiam modo ait S. Antoninus 4. part. tit. 15. S. Anton. cap. 24 §. 4. *malè nobiscum accessuris ad nos. Deum per mortem propter multa nostra demerita ageretur, nisi Virginis preces clementiam à Deo patre miſericordiarum impetrarent: Hac est, inquit Petrus Dam. serm. de Aſ-*

*Pet. Dam. Est virga Aaronis in qua sunt mirabilia. Pſalm. 22 Est virga in qua conſolata*

*lumpt. virga illa, qua retunduntur impetus adversantium demoniorum, virga Aaron, per quam sunt signa, & mirabilia. Baculum autem crucis intelligo, quo non solum verberatus est, sed occisus ille insatiabilis homicida, qui mortibus hominum pascitur, & nutritur in Virgine virga & baculo cruce, miſerorum spes, & conſolatio declarat, Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa me conſolata sunt hæc Petrus Damianus.*

Et quoniam ipsi viri animo non minus religioſe quam officioſe Christo afficit in cruce morienti, non sine ingenti animæ suæ, quam doloris gladius pertransiit, cruciatur: ideo peculiariter illi datum est laus filijs spiritualibus singulari pietate sibi devotis, eamque invocantibus in extremo vitæ constitutis, suam oppem impetite, dæmones pellere, illisque ut sancto sine vitam hanc claudant, impetrare: & sicut luna præſeſe dicitur nocti Gen. 1. quia noctem illuminat: ita Virgo in mortis articulo, quæ nocti assimilatur, suis devotis illoceſcit & tenebras depellit, quare Pelbartus de Tempore suar in Stellario Virginis lib. 12. part. 2. cap. 1. Virgini accommodat illud Sapient. 10. In fraude circumventionum illi affuit, & custodit eum ab inimicis, & a seductoribus tentant illum, & dedit illi claritatem æternam, quia Deipara tempore mortis à fraudibus dæmonum tentantium suos devotos custodit atque tutatur. Hujus rei illustre exemplum habetur in 17 revelationum S. Brigittæ c. 13. de Carolo filio ejusdem S. Brigittæ propter eximiam quam ad Virginem habebat devotionem, quam in vita sua typicè dilexerat, cui de bonis, & privilegijs ei divinitus

*B. Virgo juvat moerituros sibi devotos*

*Genes. 1*

*Pelbartus*

*Sap. 10.*

*B. Brigittæ De Carolo filio S. Brigittæ*

morte à  
Deipara  
adiviso.

uinitus concessis vehementer gratulabatur, ac pro eius dignitate tuenda; & ne quid ei de suis donis minueretur omnes cruciatus si opus esset perpeti paratus erat. Cui quid Virgo sanctissima antequam ille cessaret animam, & in ipso animæ exitu à corpore, & post eius obitum præstiterit; Deipara ipsa S. Brigittæ his verbis loco citato narrasse scribitur: Ego steti propè eundem filium tuum Carolum paulò antequàm emisit spiritum, vt carnalem amorem non sic in memoria haberet, quod propter eum aliquid Deo contrarium cogitaret, vel loqueretur, nec aliqua Deo placencia vellet omittere. Neque illa, quæ possent esse quomòdolibet diuinæ voluntati contraria, vellet perficere ad animæ suæ nocumentum. Ego etiam taliter iuui eum in illo arcto spatio, id est, exitu animæ suæ à corpore, vt non tam duram poenam sustineret in morte, quod ex ea inconstans fieri posset aliquantisper desperando, & ne Deum in morte obliuisceretur. Ego etiam custodiui taliter animam ab ipsis immortalibus inimicis, id est, dæmonibus, quod nullus eorum tangere posset. Sed statim cum egressa fuit à corpore accepi eam in meam custodiam, & defensionem. Quo facto turba dæmonum festinanter fugit, & recessit, qui ex sua malicia ipsum cupiebant deglutire, & æternaliter cruciare. hæc ex illa Reuelatione. & infra Angelus testatus est Virginem Dei genitricem ex virtute sua eidem Carolo contulisse quicquid illi deerat in armis spiritualibus, & indumentis, quæ pertinent ad milites intraturos in Regno cæli ad summum Imperatorem: Casarius lib. 7. exemplorum complures recenset, qui in extremis B. Virginem sibi adesse, seque consolari conspexerunt, vt videre est à cap. 51. vsque ad 57.

Casarius.

De Ful-  
berto Car-  
notensi E-  
piscopo à  
Deipara  
in morte  
visitato.  
Baronius.

De Fulberto etiam Carnotensi Episcopo, qui obiit anno 1028. illud memoriæ proditum est, quod etiam refert Baronius tom. 11. Annalium ad eum annum, quod eum esset erga Dei genitricem addictissimus, in cuius laudem librum conscripserat, basilicamq; constituerat ab ea singulari remuneratus est dono, dum ipsi ægrotanti per visum apparet, sugenda aperuit sacra vbera: sic & alijs modis suos famulos in exitu vitæ consolatur Virgo sanctissima.

Salutatio  
Angelica, Angelica: Ora pro nobis peccatoribus nunc & in

hora mortis nostra: & in quodam hymno: Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe: & sicuti mare rubrum Moyli virga percussum, ac diuisum, iter sicco vestigio Dei populo ad terram promissionis lacte, & melle manantem contendenti præbuit; ita per Virginem, quam virga Moyli, vt supra diximus, adumbrabat transitus per mare huius mundi ad cœlestem patriam electis repromissa expeditus Dei feruus redditur. Et quia de mari rubro loquimur, addam ad confirmandum, quod proposui, illud S. Bonauenturæ in spec. B. Virginis c. 3. vbi dicit, nomen Mariæ inter alia significare amarum mare: Illa enim amarum mare fuit diaboli, & Angelis eius per ipsam oppressis, & submersis, non secus ac Aegyptiis in mari rubro, & idè eisdem dicit esse amarum, & timidam dæmonibus ita ex Bonauentura.

Est  
diabolus  
mare  
rubrum,  
Exod. 14.

S. Bonau.

Maria  
mare  
rubrum  
dæmoni-  
bus.

EORVM EXEMPLA QVÆ IN MORTE  
singulari Deipara beneficio  
sunt aduti.

AT verò non abs re erit in præsentia aliorum proferte exempla; qui in terribili illa hora mortis, quæ teste Aristotele lib. 3. Ethic. c. 6. merito omnium terribilium terribilissimum existimatur, Deiparæ sedulo se commendantes, singulari eius opem sicut experti; vel eiusdem visitatione consiliati ex hac vita fidencius emigrarunt: ac ut ipsèdè verbis quib' ab Auctoribus, vnde ea exemplarius scribuntur, atq; altius repetenda duximus, quo auxiliij à Deipara collati necessitas, vel opportunitas magis perspicuè omnibus appareat.

Aristot.

S. Opportuna Virgo, & Monialium Abbatissa, cum graui corporis ægitudine teneretur, exacta quadam nocte vidit B. Caeciliam, & S. Luciam causa visitationis ad se venire; quas cum vidisset blando sermone ita salutauit: A vere sorores Caecilia, & Lucia; quid præcepit Ancillæ suæ gloriosa Virgo Maria cœlestis Regina, & omnium Virginum Domina? Respondentes sacræ virginis Caecilia, & Lucia dixerunt: O splendidissima sponsa Christi Opportuna, expectat aduentum tuum intacta Virgo Maria, vt filio eius coniungaris in cœlo, quem totis visceribus dilexisti in mundo; ornata corona gloriæ tuæ, & accensa lampade, debes ire obuiam sponso, & sponsæ. Post lætitiæ autem tam præclaræ visionis, & visitationis, dum clerus in exitu sanctæ illius animæ, & astantes

Miraculi  
Oppor-  
tuna Vir-  
gini de  
sua morte  
in sup-  
malora  
Deipara  
adisi.

Miraculi  
Oppor-  
tuna Vir-  
gini de  
sua morte  
in sup-  
malora  
Deipara  
adisi.



stantes sanctimoniales psalmos decantarent, & ipsa cum eis decantaret, respiciens ad ostiū domus, dixit his, qui psalmos decantabant: Ecce advenit Domina mea beata Virgo Maria, cui vos commendo, quos in hoc seculo amplius non videbo. Extendente autem ea brachia, quasi Matrem Dei velle amplexari, sancta ejus anima carne est soluta, & vivit cum Christo per æterna sæcula. hæc ex vita ejusdē à Sancto Adelelino Episcopo Sagientis literis consignata apud Surium tom. 2. die 22. Apr.

Surium.  
Exemplum  
S. Arnulphi  
Episcopi  
moris  
na sua se  
pua dimini-  
tu cogno-  
ur, & à  
B. Virgine  
dignis san-  
ctis ad ce-  
lestem glo-  
riam con-  
tatur.

S. Arnulphus Episcopus Suessionensis in vigilia Assumptionis Domine nostræ, quierat sabbati dies, mortem suam imminere dixit fratribus: Parate jam, inquit, funeri necessaria, nam sub noctis initium decedam, ut m. Do- minus, cui pro viris, servire conatus sum; he- sterna nocte revelavit, cum ille terræ motus, & aeris concussio fragorem cellæ excitaret. Sub prima enim qualitatione B. Petrus Apostolus ad me venit significans mihi peccata remissa, & vitæ januam patere. Sub altera qualitatione cum multis Angelicis spiritibus S. Michael me invasit, pollicens, se duce, me ad beatam vitā ingressurum. Tertia concussione adfuit Domina nostra vera misericordie mater, multis stipata sanctarum virginum agminibus; benignissima voce me certiorē efficiens de ani- ma mea inter Assumptionis eius gaudia in cœ- los transferenda. Sub horam autem vesperti- nam corpus, & sanguinem Domini nostri Je- su Christi summa cum devotione percepit, sic- que ad requiem aspirans sancto crucis signo se consignavit, & in ipso Domine noctis in- gressu, de seculo se subrigens, in pavimento cinere, & ciliio strato feliciter obdormivit 18 Kal. Septembris. hæc ex ejus vita à Liliandro Episcopo Sueffionensi conscripta cap. 4. & 5. apud Surium tom. 4. die 15. Augusti.

Surium.  
Exemplum  
Florentius  
mris pro-  
tinus fa-  
gato da-  
mose Dei-  
vera mis-  
sione.

13. Quidam nomine Florentius vir eloquens & moribus civilis, qui simonia perfidus valdè se contaminarat, in cujusdam Episcopi succe- pto patrocinio; gravissimè decumbebat, jam jamque moriturum se affirmabat, atque inter accerbos, mæstosque luctus, crebrosque singul- tus, per amicos à B. Joanne Gualberto Ordinis Vallis Umbrosæ Institutore, habitum Ordinis ejus sibi donari petiit. Assensit vir sanctus, nec multum cunctatus, noviorum habitu eum induit. Eo indutus cum jam revaluisset, & seorsionem innoxius Monasterium perstraret, prior morbi vis eum de novo invasit, & ut

morti propinquus videretur. Id ubi sanctus au- divit, ad lectum ægroti cum multis fratribus accessit, eum que à corpore migraturum Do- mino commendavit. At æger caput suum pal- lio, quo erat opertus texit, & vultu sancto, cur id faceret, inquirenti respondet timens, ac tre- mens: Video datam propè assistere, è cujus ore vasta flamma funditur, & ex naribus fumus sulphureus prodit. eum autem locum, in quo illum cernebat visus Dei indicasset, ille ablata à manu tenentis cruce, diabolum ea egregiè verberavit. tum ille mox instat tum evanuit, & ægrotus in has prorupit voces: Ecce au- dicit datam, ecce recessit; & ecce adest bea- ta Maria, sancti; Petrus, & Benedictus. Atq; his dictis spiritum exhalavit. hæc ex Basilio Melanensi Generali Ordinis Vallis umbrosæ in vita Sancti Iohannis Gualberti apud Surium Surium. tomo 4. die 12. Julii.

Cum S. Richardus Episcopus Cicestrensis morbo esset prægravatus, & consecutus illam Psalmitæ vocem: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*, crebro iterabat. Ad be- nissimam quoque Christi matrem, semperque Virginem Mariam subinde corde simul, & voce se converterens, aiebat,

*Maria mater gratia  
Mater misericordia  
Tu nos ab hoste protege,  
Et hœc a mortis suscipe.*

S. Richar-  
dus Epif-  
com copie Ci-  
cestrensis  
diem obi-  
ens invo-  
catur Dei-  
para ad  
suis auro  
sapius ste-  
vari subet.  
Psalm. 10  
Offic. Eccl.

Mandavitque suis Capellanis, ut ea verba ad ejus aures pronunciare non cessarent. Atq; ita inter suspiria piæ devotionis, & verba sacre orationis adstantibus Religiosis Presbyteris, & Clericis, Laicis quoque fidelibus B. Richardus animam deinceps in illa beatissima civium su- periorum victuram societate reddidit Crea- tori. hæc in ejus vita apud Surium tom. 2. die Surium, 2. Aprilis.

In hora transitus S. Patris Domitici Ordinis Praedicatorum institutoris adfuit beati- ma Virgo cum filio, prout revelatum fuit cui- dam devoto Patri Priori Conventus Brixien- sis, Christo ac qui dicebatur Fr. Gicala Longobardus, qui postea Brixie Episcopus fuit. Hic enim eadem die hora, qua S. Pater migravit seculo, anno ætatis suæ quinquagesimo primo, feliciter te- rra sexta, hora sexta, levi depressus somno post orationem vidit interioribus oculis quondam aperturam in caelo, per quam submittebatur candidissimæ duæ scilicet. luminitatem un us

Tc scilicet

scalæ tenebat in manu B. Virgo Maria, alterius summam filius eius Iesus Christus tenebat; Angeli vero discurrebant per eas ascendendo & descendendo. Et in fine utriusque scalæ sedes posita erat, & vnus super eam sedens, qui similis erat fratri prædicatori habens faciem velaram eunti versus Ierusalem celestem Scalas autem illas sursum traherant Dominus Iesus cum matre paulatim, & dicebatur sursum simul com illis scalis, sedes pariter cõ sedente, comitantibus Angelis. Denique receptis in celum scalis, & sede cum sedente aperta illa clausa est, visioq; disparuit. Quapropter subito dictus frater preiit Bononiam, & reperit quod illo die, hora Pater è mundo in celum transferat. hæc S. Antoninus 3. part. hist. 2. d. 23. cap. 4. § 14 in vita sancti Domin.

*Exemplum. Vidua ægrozanti Despran adej, ac sidem de sancta in xta per solui.*

14. Religiosa quædam vidua, quæ in sancta viduitate diu seruierat Domino, & filias suas in sancta virginitate sponte cœlesti integras seruabat, in villedbroco prope Nubellam in extremis laborabat. Vidit autem hæc nostra Maria de Ogenes beatam Virginem sanctæ viduæ assistentem, & quasi habello quodam caloris æstum, quo torquebatur, humanissime temperantem. Cum autem anima illius iam esset egressura à corpore, turba dæmonum insidiantium nulli orationum instantiæ cedere voluit, donec clauiger æthereus crucifixi vexillo eos torpiter pudefactos profligaret postquam autem defuncta est, vidit Christi ancilla beatissimam Virginem cum multitudine cœlestium puellarum psallentium, & Deum laudantium, & velut in duos choros distributarum circi eius corpus versant. Cumq; Sacerdos pro more exequias celebrare, summus Sacerdos Christus cum sanctorum frequentia officium, (vt videatur) etiam complebat, & mirandum in modum Ecclesia triumphans militanti respondebat. hæc Iacobus de Vitriaco Cardinalis in vita B. Mariæ Ogiacensis lib. 2. c. 3. apud Janium tom. 3. 16. eunij.

*acobi de Vitriaco. Surius. Exemplum. Morians Lyduina Vrg. Christi cum Maria ap. paros. ac purgatoris pœnas cõmutantis.*

Cum iam ad exitum tenderet Lyduina Virgo sanctissima solaq; esset, cum cunctis domesticis absentibus, ipso Pascatis die, & contemplationi summo mane vacaret, vidit ad se vementem Dominum Iesum cum sanctissima Matre sua, & duodecim Apostolis, multaque & Sanctis & Angelis. Sedit autem Christus ad lectuli eius dexteram, beatissima Maria ad sinistram, alijs in orbem honestissime eam circumstantibus. Vidit etiam mensulam ornata, &

in ea ceu sacri olei vasculum elegantissimum, Crucem quoq; pulcherrimam, & cereum valde luculentum, totum cubiculum mirifice illustrantem. Erat tunc corpus Virginis innumeris angoribus à vertice vsque ad pedes oppressum, & afflictum. & ecce sentit ab ipso Salvatore sacerdotibus induto vestibus loca corporis sui omnia perungi, quæ in morituris sacro oleo vngi solent, sed nulla Salvatorem audit verba proferentem, Inde Christus ponit in manu eius cereum, eumq; tenet cum matre sua, cruce illic inuisibiliter permanere donec exhalaret spiritum. Cum autem defuncta esset, rogauit Dominum, vt extremum vitæ eius finem tot doloribus, & afflictionibus cumularet, vt à corpore exiens anima sine purgatorio mox ad illum possit euolare. Respondit Dominus: ita fiet filia, vt petis, post biduum cantabis alleluia cum alijs Virginibus in regno Patris mei. Atque ipsa post biduum excessit. hæc Ioannes Bugnanus Ordinibus Minorum in vita B. Lyduinæ part. 3. cap. 11. apud Surium tom. 2. die 14. Aprilis.

15. His omnibus subiiciam memorabile exemplum de Innocentio III. in libr. 2. vitæ B. Innocentii. III. Luitgardis Virginis à Thoma Cantipratensi literis mandata apud Surium tom. 3. Dominus Innocentius Papa tertius post celebratum Lateranense Concilium ab hac vita migrauit, moxq; apparuit visibiliter Luitgardi: illa autem ut vidit eum ingenti flamma cinctum, quisnam sit percunctatur. Respondit se esse Innocentium Papam. Et illa cum gemitu: Quid hoc est, inquit, commune omnium nostrum patrem tam diu cruciari? Respondit ille tres ob causas ita crucior, quæ etiam æternis supplicis me iustissime addixissent, nisi per intercessionem piissimæ Mariæ Dei, cui monasterium condidi, in extremis me petrauit. his dictis cõfessus disparuit, hæc ibi.

Cæterum non tantum in exitu vitæ Virginis operem experimus, sed in uniuersum in cunctis necessitatibus ipsa humano generi subuenire, ac dæmones longe arcere, eorumq; conatus comprimere dignatur. quod præter alia in Esther, Iudith, & Debbora clarissimis feminis in lege veteri, quæ de hostibus gloriose triumpharunt, & ut verbis utar Hieronymi in



aut te o Mater misericordia consequi nec tibi appropinquare potuit. ita Rupertus. Hic tamen animadvertendum est ex Suarez 3. part. tom. 2. disputat 30. sect. Virginem quamvis tentari potuerit exterius à dæmone; (nam etiam Christus tentatus fuit) non tamen ab intus. eo. quia carebat fornice, & omni potentiarum inordinatione; verùm tamen à flamma charitatis ejus perterritos longà effugatos dæmones dicit Richardus. Quare sanctus Bernardinus Senensis tomo 2. sermone 51. artic. 3. cap. 2. Sicut magnus, inquit, ignis effugat muscas, sic à sua ardentissima mente, & inflammatissima charitate dæmones effugabantur, & pellebantur, in tantum, quod solum in modico non ausi erant respicere mentem ejus, nec à magno spacio illi appropinquare: si enim hoc legimus de aliquibus sanctis, saltim post aliquem de dæmonibus in tentationibus acquisitum triumphum: quando magis de Matre Domini nostri credendum est, quæ semper contra omnes dæmones triumphavit. hæc S. Bernardinus. Ideo Cant. 1. legimus: Equitatus meus in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea: & licet per equitatum Dei virga Moysis, qua divinum est in mare rubrum, in quo demersus est Pharaon cum Ægyptijs, ut cap. 20. dicebamus, rectè intelligi possit, in præsentia tamen Angelos reponere possumus: neque unum alteri expugnat, nam pleraque in exitu Israel de Ægypto invisibiliter ministerio etiam sanctorum Angelorum sunt patrata. pro cuius explicatione animadvertendum est, Angelos, qui sunt militia cælestis exercitus, in hoc loci dici posse equitatum Dei, ut placet Gregorio Nysseno, & Galileo petyte in Cant. 1. & confirmari potest ex Zach. 1. & Apocal. 19. ubi hæc legimus: Exercitus qui sunt in cælo, sequentur verbum Dei in equis albis: propter hos cælestes exercitus Deus optimus appellari solet Deus Sabaoth, id est, exercitum. Horum equorum significationem in Angelis eleganter explicat Dionysius Areopagita cap. 15. de cælesti hierarchia. Beata igitur Virgo equitatus Dei in curribus Pharaonis assimilatur: sicut enim in liberandis Israelitis ex servitute Ægyptiaca equitatus Dei fortitudo nimirum sanctorum Angelorum enituit in subvertendo Pharaone, & curribus ejus in mari rubro: ita Deiparæ fortitudo in exitu servorum Dei ex mundo ad terram promissionis præcipuè elucet in dæmone, ejusque curribus, seu munitio-nibus evertendis, penitusque demergendis in

mari rubro passionis Christi, cujus virtute dæmones à sanctissima Virgine omninò expugnantur. In S. Brigittæ Revelationibus in S. Brigittæ sermone Angelico cap. 20. Angelus cum dixisset de promptitudine Angelorum in obsequium sanctissimæ Virginis, (subjicit hæc verba: Super omnes etiam malignos spiritus ipsam sic Deus potentem effecit, quod quotiescunque ipsi aliquem hominem Virginis auxili- lium ex charitate implorantem impugnaverint, ad ipsius Virginis nutum illico pauidi procul diffugiunt, volentes potius poenas suas, & miseras sibi multiplicari, quam ejusdem Virginis potentiam super se taliter dominari. Eadem S. Brigitta lib. 1. cap. 9. & lib. 6. cap. 21. docet, ad nomen sanctum Mariæ dæmones quasi aves rapaces prædam, nimirum animam, ex unguibus, quibus tenebant, eam quasi territos relinquere, iterùm verò aduolare, reverti ad eam, nisi aliqua emendatio sublequatur. Quod ipsum de Virginis nomine factissimo elegantè testatur Germa. oratione in Zonam Deiparæ cum eam sic affectus: Tu nequissimi hostis contra servos tuos invasiones, solam tuam nominis invocationem sanctissima repellens, tuos, atque incolumes servas.

DDIPARA PER AVRORAM

significatur.

18 Sane in Deiparam, quam per columnam ignis, & nubis, quæ populo Dei in deserto præibat significatam, capit. 3. diximus, rectè congruit illud Exod. 14. Jamq; aduenerat vigilia matutina, quando scilicet Aurora solis nuncia confurgit, Et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum, & subvertit rotas currum, & profundum exercitus Dei per ipsam nos respiciens Deus, dæmonis vires omninò contriuit, & quotidie contenti, ideo hoc ipsum euenisse narratur in vigilia matutina, tempore scilicet mysticæ auroræ, hoc est, Virginis, ut mox dicemus. Idcirco ex Bonauentura in speculo B. Bonavent. Virginis capit. 9. Dæmonibus illud Job 24. Job 24. quod de adulteris nocturnis dicitur, applicari potest, Si subitò, inquit, apparuerit Aurora est Aurora arbitrantur umbra mortis, timent enim depræhendendi, atque puniri, ideoque fuga sibi consulunt, ac si Aurora esset umbra mortis. Similes aves nocturnis, & avibus nocturnis, quæ tenebris delectantur, & earum pleraque inter animalia immunda

Suarez.

S. Bernardinus.

Cant. 1.

Curr B Virgo assimilatur equitatus Dei, id est, Angelus

Nyssenus Galielm. Zach. 1. Apoc. 19.

Dionys. Areop.

Exod. 14.

Cant.

Sermon

Rupertus Cant.

Per. D.

Platon

Cant.

immunda Leuit. 11. enumerantur: ita princeps tenebrarum cum suis satellitibus, cum sint latrones nocturni, & spiritus immundi, hanc

*Cant. 6.* Virginem, quæ *Cant. 6.* est sicut Aurora consurgens, quando per peculiarem deuotionem in alicuius anima veluti exoritur, timent illam, & aufugiunt. Virginem autem in Aurora significari docet Auctor inter opera Bernardi sermone 4. super Salue Regina loquens cum eadem.

*Bernard.* De te, inquit, secretorum celestium confesus Salomon dicit: Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consurgens, &c. Aurora semper noctem sequitur. Nox precedit Auroram. Quid autem est nox frigida, & obscura, nisi originale peccatum, frigidum concupiscentia, obscurum ignorantia? Tu ergo processisti, ut Aurora lucida, & rubicunda, quia super originali peccato in utero matris nata es lucida cognitione veritatis, & rubicunda amore virtutis. sic ille Rupertus Tuiticus Deiparam in commentarijs super Cantica sic affatur: Quando, inquit, nata es o Virgo beata, tunc vera nobis Aurora surrexit. Aurora pronuncia dei sempiterni, quia sicut Aurora quotidiana finis præterita noctis, & initium diei sequenti: sic natiuitas sua ex semine Abrahæ clara ex stirpe Dauid finis dolorum, & consolationis fuit initium, finis tristitia, & latius nobis extitit principium. hæc Rupertus. Virginem etiam in

*Rupertus Tuiticus.* *Cant. 6.* Aurora significari tradit Petrus Damianus sermone de Assumptione, eiq̃ue applicat illud *Psal. 73.* Tu fabricatus es Auroram, id est, Virginem, & Solem nimirum iustitiæ, ad est, Christum, qui de Spiritu S. est conceptus.

*Petr. Dam.* *Psal. 73.* Merito autem Deipara dicitur esse sicut Aurora consurgens *Cant. 6.* Aurora enim terminus est noctis, & diei principium, solemque adesse testatur, nocturnas aues effugat, diuinas verò ad concinendum inuitat, iugiter etiam in splendorem maiorem proficit, eoque tempore decedit ros album, quo ab æstu refrigeratur sata, & fecundatur terra: ita Virgo Deipara mundo ignorantia, & peccatorum tenebris circumfuso illoxit, veluti æternæ caliginis exterminium: solis iustitiæ non tantum prænuncia, & genitrix, sed etiam Genitrix demones veluti tenebrarum aues immundas, ut supra dixi, longè expellit: Dei seruos, & ipsos Angelos tãquam aues diei sublimè volantes, ad Dei laudes excitat, atq; inuitat, multò melius quam olim tres illi pueri à Babilonicæ fornacis incendio liberi creaturas omnes ad Deo benedicendam inuitabant: cum longè maioris Dei in

humanum genus beneficia per Deiparam inuenerint, & obuenerint. Est item sicut Aurora iugiter confugens cum in suis omnibus actibus dum viveret, maioribus meritorum incrementis semper excieuerit, & nunc eius apud homines cognitio, & in eam pietas in dies magis magisque perpetuò propagetur, eiusque precibus diuina gratia in hominum animas deinceps veluti ros album, quo ab æstu tentationum, & concupiscentiæ refrigerantur, & ad bona opera germinanda fecundantur: ideo Deipara ipsa à Germano Patriarcha orat. de oblat. Virg. vocatur ardoris, qui est in nobis Ros diuinus, excicati nostri cordis diuinitus irrorans aspersio. Possimus etiam rosis nomine hunc Dei intelligere, cuius in veterum Virginitatis descensus per Ros in vellus Gedeonis Iudic. 6. propter seruatum in Incarnatione Matris virginitatem significatur, cuius aduentum Patres antiqui illis verbis precabantur *Isa. 45.* Rorate cæli desuper. & quemadmodum ex velere Gedeonis expresso, concha rore impleta est: ita ex Deipara sanctissima tanquam ex Aurora pulcherrima, & purissima Ros cælestis Christus Dominus, omnem hominem ventem in hunc mundum illuminans, atque ad bona opera fecundans, prodijt, qua metaphora vsus est Dauid *Psal. 109.* ubi enim legimus in vulgata: Ex viro ante Luciferum genuit te. ex hebræo possumus, teste Iansenio in hunc Psalmum, veterere: Ex viro Aurora ros natiuitatis tuæ, ut indicetur Christus ex purissimis sanguinibus in vtero virginali conceptus, & ex ea genitus sicuti ros, quem Aurora demittit, mundo gratissimus aduenisse. vide Lyranum, Iansenium, Titelmæonum in Annotatione in hunc Psalmum, ubi varias lectiones, & explicationes afferunt, atque hæc de Deipara significata per Auroram, quam *Iob 24.* demones nocturni latrones timent dicta sint.

19. Verùm ad inuocationis Deiparæ vim, & efficaciam quam contra demones habet intelligendam, præclarum est illud, quod habet S. Bernardus apud S. Bonaventuram in speculo B. Virginis cap. 3. de hoc agens: Non sic, inquit, inuent hostes visibiles quasi castrorum acies copiosas, sicut aërea potest tibi Maria vocabulum, patrocinium, & exemplum: sicut, & per eam sicut cera à facie ignis ubicumque inueniunt crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, solent à imitationem. sic Bernardus,

*Germano Patriarcha.*

*Iudic. 6.*

*Isa. 45.*

*Psal. 109.*

*S. Bernardus, S. Bonaventura.*



*Tentatio-  
nes mri-  
gantur in  
uocata  
Virgine  
Ecclo. 43.*

*Exemplū  
S. Iustine  
& S. Cy-  
priani  
Nazianz.*

*Nazianz.  
An. iſte S.  
Cyprianus  
fuerit Car-  
thaginensis,  
vel Antio-  
chenus.*

*Dæmones  
à Virgine  
colenda &  
inuocan-  
da homi-  
nes auer-  
tere conan-  
tur. lu-  
dash 7.*

*Dæmones  
lupos imi-  
gantur.*

& de ea quidem dicere possumus illud Ec-  
clesi. 43. In sermone eius sicut ventus, & in cogi-  
tatione sua placuit abyssum. hoc est ipsa orante  
cessat ventus diabolicæ tentationis, & quando  
de ea deuotè cogitamus, placat abyssum cor-  
dis humani, quod est profundum, iustar abyssi  
ac tenebrorum, cuius rei exemplum sit sancti-  
ssima illa martyr, & virgo Iustina, quæ, vt re-  
fert Nazianzenus homilia de sanctis Cypri-  
ano, & Iustina, libidinis facibus exagitata à dæ-  
mone (quem magicis artibus Cyprianus ad  
oppugnandū Virginis, quam iuuenis quidam  
vehementer deperbat, propositum miserat)  
ad Deum recurrit. simulque Virginem Ma-  
riam suppliciter obsecrauit: vt sibi Virginis pœni-  
tentiæ auxilium ferret: interim corpus ieiunio,  
& humi cubatione, quæ sunt castitatis ar-  
ma exercens, tandem ex dæmone victrix Dei-  
paræ patrocinio euasit, ipsumque Cyprianum  
ad fidem hac occasione conuersum nobilis  
martyrii inclytum collegam habuit, quorum  
festum Ecclesia anniuersario ritu die 26. Sep-  
tembris celebrat. Video in hoc Nazianze-  
num confundere Cyprianum Episcopum Car-  
thaginensem, cui hæc contigisse existimat,  
cum Cypriano Antiocheno, cui verè hæc tri-  
buitur historia, quod facillè ex nominis simili-  
tudine euenire potuit: nobis satis sit Iustinam,  
teste Nazianzeno in suis tentationibus Deipa-  
ræ à se inuocata, præsentissimam opem con-  
tra dæmonem esse expertam. Porro dæmo-  
nes à Virginis potentia sibi metuentes pro sua  
viri per se, & per Hæreticos Vigilantium Lu-  
therum, alioque eiusdem pestis contagio in-  
fectos, Homines à Virginis inuocatione auer-  
tere conantur, per quam tanquam per Aquæ-  
ductum diuina misericordia ad nos denua-  
tur; in hoc imitantes Holofernem, qui in  
obsidione Bethulæ Aquæ ductam incidit, præ-  
cepit, vt obsessi ciues necessario aquæ vsu de-  
stituti ad deditiōem compellerentur, & ita  
in eius potestatem venirent. Qua in re lupos  
quoque imitantur, qui ovis, quam inuadunt,  
illico fauces stringunt, ne balatu suo canes, &  
pastores ad sui liberationem accerfat: ita &  
ipsi omni studio nituntur Virginis inuoca-  
tionem impedire, ne precibus pulsata, opem  
ferat, & ipsi prædā amittant. Cuius rei ex-  
emplum habemus in Theophilo, cui dæmon,  
vt cap. 20 dixi, persuasit, vt Christum eiusque  
Matrem abnegaret, sed Virginis eiusdem ope  
resipuit.

Aliud verò exemplum illustre in Prato Spi-  
rituali Sophronij cap. 45. legitur, quod in  
septima Synodo, quæ est Nicæna 2. Act. 4. Spirituali  
eiusdem Synodi iussu est recitatum, quod nos  
cap. 29. referemus, vbi dæmon ab impugna-  
tione Ienis cuiusdam se cessaturum promitte-  
bat si ab adoratione imaginis Dei genitricis  
Christum gestantis abstineret.

20 Id ipsum aperte colligitur in milite quo-  
dam apud Cæsarium lib. 2. Exemplorum ca-  
pit. 12. qui cum multas diuitias à patre sibi re-  
lictas vindicta prodegeret, ob idque tristis so-  
lum vertere cogitaret, ne apud notos mendi-  
care cogere, à nefario quodam suo villico  
dæmonum consuetudini assuetus, nocte per  
quoddam nemus ad locum palustrem ad dæ-  
monem adductus, qui maiores ei diuitias, at-  
que honores est pollicitus, modò Christo ab-  
renunciaret; quod importunis villici suasio-  
nibus, inuitus tamen effecit. & Christum (vt  
Cæsarj verbis vtar) ore negauit, & manu ex-  
festucauit, atque diabolo fecit homagium.  
Tunc adiecit diabolus, adhuc opus imperfe-  
ctum est, etiam abrenunciare debet. Matrī Al-  
tissimi illa est enim, quæ maximum nobis in-  
fert damnum: quos filius per iustitiam abiecit;  
Mater, quæ nimis misericors est, ad indulgenti-  
am reducit. quod cum miles se facturum  
constanter abnueret, re infecta, ingenti tamen  
scelere obstructus, redijt. Verum dum reuertitur  
ad Ecclesiam in via diuertit coram altari  
ad imaginem Deiparæ filium in sinu gestan-  
tis prostratus, ex intimoque corde magno fle-  
tu, & clamoribus matrem misericordię im-  
plorabat, quo sibi admitti sceleris veniam à fi-  
lio impetraret. mira res, ipso audiente, Deipara  
filio hæc dicebat. O dulcissime fili misere huic  
homini Puer verè vt delicti grauitatem militi  
ostenderet, se aliquantulum dorum exhibuit;  
nam faciem à Matre euentens, nihil ei dicebat  
cūque iterum rogaret hominem seductum  
asserens. Matrī dorsum vertit dicens: Homo iste  
me negauit, quid ei faciam? Tum Imago iur-  
rexit, puerum super altare posuit, eiusque pe-  
dibus prostrata: Rogo, inquit, fili, vt propter  
me dimittas ei hoc peccatum. Mox intans  
matrem eleuans, ait, Mater nunquam tibi aliquid  
negare potui, ecce propter te totum  
dimitto: hæc omnia cum non ipse solus, sed  
& alius miles, qui prædā, ac bona illius eme-  
rat, quæ iste vendebat, catu eandem Eccle-  
siam ingressus vidisset, & audisset, vnicam  
filiam

*Cæsarj.  
Miles qui  
Christum  
abnega-  
ret, per Ma-  
riam re-  
concilia-  
tur.*

*B. Hiero-  
nimo  
Christi  
ad A-  
loem  
dæmon  
ne m-  
rio.*

*Dian-  
Stra-  
B. a  
Chri-  
in ex-  
ficti-  
q. q.  
ya.*

*lra*

filiam ei in matrimonium collocavit, ac do-  
tis nomine bona ab eo vendita tradidit, polli-  
citus se eum hæredem reliquorum bonorum  
post mortem futurum, cui iste læto animo  
annuit, sicque per Deiparam & peccati veni-  
am, & bonorum temporalium affluentiam est  
consecutus. Addit Casarius rem fuisse adeo  
contestatam, vt vterque miles cum hæc scri-

beret, adhuc, vt putabat, viveret. Eandem hi-  
storiam narrat Vincentius Beluacensis libro  
7. specul. histor. capit. 105. & 106. asseritque  
euenisse in Castello quodam Aquitanie in ip-  
sa nocte Assumptionis Deiparæ, in qua ille  
resipuit, & per Deiparam sui sceleris  
veniam est con-  
secutus.

Beluacens

PASSIONIS DOMINICÆ TEMPORÈ VIRGO

Deipara filio ad Aquilonarem partem affuit, vt impetus dæ-  
monis ad Aquilonem significati, per eam comprimi  
intelligantur.

CAPUT XXV.

Virgo  
cruce  
Christum  
ad Aquilonem  
stans  
non si-  
ne myste-  
rio.



Enique vt intelligamus quan-  
tum præsidij Deus optimus  
contra dæmonis astutiam, at-  
que sæuitiam, qui tanquam Leo  
rugiens circum quærens quem  
deuoret, nobis in sanctissima  
Virgine contulerit, illud etiam animaduertens  
dum est, non vacare mysterio beatissimam  
Virginem cum ad crucis dexteram filio adef-  
set momenti Aquilonarem partem tenuisse, ut  
ex hoc significetur, quod animaduertit san-  
ctus Bernardinus Senensis tomo 3. sermone 2.  
de nomine Mariæ artic. 3. cap. 2. *Qua ab A-  
quilone, vt dicemus, nobis impendent mala, per  
eam vniuersa propulsari.* Quod vt melius in-  
telligatur, sciendum est, ex Damasceno lib. 4.  
de fide orthodoxa cap. 13. Sedulio lib. 4. car-  
minum. Beda in Luc. 23. & alijs. Christum  
Dominum in cruce facie ad occidentem spe-  
ctasse in Caluarie Monte; idque Iudæorum  
studio ita factum, ut dorsum contra Ieroso-  
lymam haberet, quæ Caluarie ad Orientem  
erat, vt videlicet eius aspectu, qui ab ipsis per-  
fimum scelus cum iniquis reputatus erat,  
vrbis illa, vt impij ipsi existimabant, pollueret-  
ur, atque ita illum hac consolatione, quam ex  
conspectu templi, & vrbis capere potuisset,  
indignam existimarunt, quod in præam ip-  
sorummet Iudæorum futurum Ieremias cap.  
18. prædixisse videret ex persona Domini:  
*Dorsum, inquit, & non faciem ostendam eis in  
die perditionis eorum.* peccatum enim, quo  
Christum occiderunt eo die commissum eam

Damasc.  
Sedulius.  
B. 4.  
Christus  
in cruce  
occidentem  
spectabat.  
& quare.  
Ma. 33.

Ierem. 18

sa fuit perditionis, & malorum omnium, quæ  
in hunc vsque diem Iudæis iusto Dei iudici-  
o per omnem terræ orbem latè dissipatis  
euenerunt. Nec sine mysterio Christus in cruce  
Occidentem respiciebat, quia scilicet ad-  
uersus Mortem, qua per occasum significa-  
tur, pugnabat. hoc etiam sicut ad gentes in oc-  
cidentalibus plagis positas, quarum princeps erat  
Roma, perpetua Vicarij sui sedes futura, o-  
culo suæ misericordie intendebat, iuxta il-  
lud Psalm. 65. *Oculus eius super gentes respici-  
unt.* Hinc factum est ex Basilio lib. de Spiri-  
tu S. cap. 27 Athanasio quaest. ad Antiochum  
16. Damasceno loco citato, Tertulliano in  
Apolog. c. 16 Iustino lib. quaestionum quaest.  
118 Origene hom. 5. in Numer. vt solemne  
fuerit Christianis ad Orientem in fundendis  
precibus spectare, vt ad Christum in cruce  
pendentem, & in cælum ascendentem; at-  
que ita ad iudicandum inde venturum con-  
uersi orientinam & cum in cælum fereba-  
tur ex monte Oliveti, qui ad Orientalem Ier-  
osolymæ plagam est situs, ascendit, iuxta il-  
lud Psalm. 67. *Ascendit super cælum, cæli ad Ori-  
entem;* quamuis inde etiam dum ascenderet  
ad Occidentem respiciebat, quod ex vesti-  
gijs suis ibi relictis, & ex illis verbis Psalmi  
colligitur, *Ita facte est, qui ascendit super occi-  
dum.* Atque à duobus illis Angelis sic ven-  
turus prædicitur: *Quomodo viderunt eum  
Apostoli euntem in cælum;* quem orandi mo-  
dum ex institutione Apostolica perfectum  
esse docent Damascenus loco citato & Ba-  
silii

Psalm. 65  
Basil.  
Athanasio  
Damasc.  
Tertullio  
Iustin.  
Origen.  
Christiand  
cur ad Ori-  
entem  
conuersi  
orabantur

Psalm. 67

Psalm. 67

Damasc.  
Basilii